

1346. d. 21. Junij

237.

Clemens Papa VI. Casimiro regi Poloniae gesta
cum Carolo Marchione Moraviae et Joanne
rege Bohemiae significat.

Clemens 6. Casimiro regi Poloniae illustri.

Serenitatem tuam volumus non latere, quod nuper re-
ge predicto et dilecto filio nobili viro Carolo ejus primo <sup>Polonus de eo
fit certior.</sup>
genito marchione Moraviae, apud sedem apostolicam
in nostra praesentia constitutus, nos ipsos super hujusmo-
di reformatione pacis et concordiae commone-
diximus et exhortandus. Qui tandem nobis benevole re-
spondentes se super hoc ordinationi et voluntati no-
strae pro se ac omnibus vasallis et subditis suis, et ipso-
rum quolibet super quibuscumque questionibus quas
ipsi conjunctim vel divisim tecum habent, vel habere
possunt, ex quibuscumque causis vel occasionibus, tota-
liter submiserunt sub pena decem millium marcarum
auri, nihilominus promittentes efficaciter et ad san-
cta Dei evangelia manu tacta jurantes, eidem ordi-
nationi et voluntati stare, parere, ac tenere, perfice-
re, et complere quidquid duximus super his ordinandum
confectis nihilominus exinde publicis instrumentis. Quo-
circa tuam regalem excellentiam rogamus, requirimus,
et hortamur attentè, quatenus his, quae praemissa sunt
consideranter attentis reformationi pacis et unitatis
hujusmodi tuam dirigens animum, et nihilominus pro <sup>communitas,
et mittat orato-
res.</sup>
curatores tuos ad submissionem et obligationem similis
tuo nomine faciendas idoneo mandato suffultus ad no-
stram praesentiam è vestigio destinare procures 6.

addit preces, ut iudicias cum Bohemis ineat. Dato
Avinione Anno Domini Millesimo trecentesimo qua-
dragesimo sexto. XI Kal. Junij, pontificatus nostri
anno V.

Alijsque literis Gnesnensem archiepiscopum ac Lu-
dovicum regem Hungaria Casimiri ex sorore nepo-
tem hortatus est, ut Polonia regem ad induciarum
et pacis federa cum Bohemis incitarent